



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XX. Die Markgrafen Otto und Woldemar vereignen einem Bürger Johann in
Prenzlau vier Hufen auf dem Felde Cröchelndorf, am 24. März 1308.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

eiusdem ammodo requiremus, abrenunciantes insuper omni juri, quod in ipsa villa prenominata hactenus dinoscimur habuisse. Pro qua quidem precarie vendicione et eius attinenciis, omnium proprietatis donacione, ut prehabitu est, predictae sanctimoniales centum marcas argenti nobis ex toto atque integraliter perfolverunt. In huiusmodi evidenciam ampliorem presentes dari iussimus nostrorum sigillorum muniminibus roboratas, adhibitis testibus idoneis, videlicet Nicolao de Buc, dapifero, Domino Theoderico de Kerkowe, Domino Anfelmo de Blank(enburch), Domino Griffekone, Domino Hinrico de Wulfrow, Domino Th. de Thornow et Domino Johanne de vrouden, et pluribus aliis fide dignis. Actum et datum Prenzlau, Anno Domini M^o CCC^o VIII^o, feria III^a ante festum penthecostes per manus Johannis de hardestorpp, nostre curie cappellani.

XX. Die Markgrafen Otto und Woldemar verzeihen einem Bürger Johann in Prenzlau vier Hufen auf dem Felde Gröchelendorf, am 24. März 1308.

Nos Otto et Woldemarus, dei gracia Brandenburgenses, Landisbergenses et Lusacienfes Marchiones, recognoscimus et ad univerforum noticiam presentibus publice volumus pervenire, quod ob specialis fauoris amminiculum, quo virum discretum Joannem nostrum civem in Premzlavia amplectimur, eidem proprietatem — dedimus quatuor mansorum in villa Crechelendorp cum omni iure, ita ut exemptus sit ab omni servicio... precaria etc. — Testes huius sunt nostri fideles Henricus de fthegeliz, nostre curie dapifer, Henningius de fthegeliz, Henningius de Blankenborch, Gerhardus de Bardeleve et Gerhardus de (Ker)cow, milites, et quamplures alii fide digni. Actum et datum Premzlau, dominica die, qua cantatur: Letare Jherusalem, Anno domini M^o CCC^o VIII^o, per manum domini Zegeri, nostre curie cappellani.

XXI. Markgraf Woldemar verkauft dem Kloster Marienpforte das Eigenthum von Hardenbeck mit allen Rechten, am 9. Juni 1313.

In nomine domini, amen. Ad geste rei memoriam sempiternam. Nos Woldemarus, dei gracia brandenburgensis, lusacensis et de landesberch marchio, tutorque incliti Johannis de brandenborch marchionis, univerfis Cristi fidelibus per presentes litteras volumus esse notum, quod devotis in Cristo dominabus in cenobio boycenborch deo famulantibus dedimus et per presentes donacione libera donamus villam hardenbeke dictam cum omni iure et proprietate, cum